



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. XL. MM. Sebasteni. 9. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

MON seriùs jam soccos exuerat, & co-
thurnos induerat. Quare ad preces ejus
tibiæ igne cælesti exusta; ipse, cùm ma-
nus admovere, & aquam nemo auderet,
à cælesti manu è nube aquâ primùm,
mox sanguine suo, flagris cælus, lustra-
tus est. Inde unà cum vero Apollonio
trajectis ferro pedibus per urbem rapta-
tus. Ultimò ad arboris truncum religa-
tus, & sagittis impetitus est. Sed hæ om-
nes vel in aëre steterunt, vel in arborem
exerrarunt. Una etiam viam relegit, oculo-
que judicis Arriani hæsit. Vidit tamen
hic etiam, quam antè non viderat, fidei
lucem, injecto (contrà, quàm fieri a-
mat) in oculum è PHILÉMONTIS tumulto
pulvere. *Ex Metaphr.*

*Spirituales piratas metuendi sunt, qui
non solùm corpora hominum, sed & ani-
mas spoliare consueverunt; qui non tam au-
rum mundi quàm aurum fidei auferre ni-
tuntur; qui non seculi substantiam, quàm
Christi sapientiam deprædantur. S. Max.
hom. de non timend. host. Carn.*

SS. XL. MM. SEBASTENI. 9. Martij.

AMbulaverat per omnes cruciatus im-
pieras, & exausta tellus nulla jam re-
liqua tormenta habuit; cùm ecce ad a-
quas, & aërem est itum. Nudi sub frigi-
dissimo celo XL. Heroës Sebasteni in
lacu collocantur gelu rigente. Sed ther-
mas putasses, ita nunquam aliàs
major

160 VITÆ SANCTORUM. 9. *Mart.*
major in omnibus ardor eluxit; si unum
modò excipias, qui ex Martyre transfuga
factus, ad balnea, quæ crudelis impietas,
ut virtuti insidias faceret, ponè litus sta-
tuerat, sese recepit. Sed invenit ibi conti-
nuò mortem, qui vitam quæsierat, victu-
rus, si mortem non fugisset. Intereà cælo
coronæ XL. delabuntur, & singulorum
martyrum capita ambiunt, dumque u-
nam de custodibus aliquis vacare spectat,
non negligenda regna, quæ cælo venirent,
existimans, simul Christianum se clamat,
simul in aquas insiliens numerum felicif-
simum restaurat. Hunc generosum unius
saltum omnes tibiis fractis luere: quasi
verò in cælum pedum passibus, & non a-
nimi iretur. Inde, ut nullum non elemen-
tum triumpharent, ad rogam rapiuntur.
Sed dum Melithon negligitur natu mini-
mus, ecce tibi mater adest Spartana, su-
blatumque in humeros ad cumulum reli-
quorum asportat, eo animo, ut superes-
set, unde animos morienti filio adderet.
Exuisse hanc alii matrem dicent; ego me-
lius meruisse de filio puto, cum sic ad ro-
gam humeris, quam cum olim urero ad
vitam ferret. *Ex S. Bas. hom. 20.*

*Vani in spectores sumus, & laudatores
improbi, cum Sancti coronantur & acci-
piunt palmas, eò quod in agone legitime cer-
taverint, si non & ipsi pro modulo nostro ad
ea pertingere laboramus. S. Hildeph. ser.
de assumpt. beatæ Mariæ Virg.*

S. FRAN-